Zwettl, 4. Viertel 12. Jh.

Seite 60r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

per-uenit ad uirginem. quasi ad
iordanem. qui pleno gurgite flu
ens spiritus sancti gratiam redundabat;
xl^ta^ autem quatuor habet .x. Porro ipse
x^rio^ ab uno usque ad .iiii^or^ progrediente
numero consumitur. Et iterum ad
denarium. Nascitur etiam inde
numerus ex multiplicatione le
galis decalogi et .iiii. librorum euuan
gelii. In qua quoque parte anni congru
entius observatio .xlme. consti
tuetur. nisi confinis atque contigua
dominice passionis. quia in eo signi
ficatur hec uita laboriosa. cui
opus est hac continentia. ut ab
istius mundi amicicia ieiunet.
que utique fallacit blandiri. et il
lecebrarum fucos circum spar
gere atque iacere non cessat. Men
se .iii^tio^. passus est benignissimus
auctor hominum. Decet enim
ut sicut ille mensis est nouarum.
ita etiam per ihesum xpistum emundare
tur sordida uetustas anima
rum humanarum. De scifi

catione leiunii.

Quia paradysi gaudio ceci
dimus per cibum. ad hec
in quantum possumus per
abstinentiam resurgamus. sed
nemo sibi eandem abstinentiam
solam credat posse sufficere.
cum per prophetam dominus dicat.
Nonne hoc est magis ieiunium.
quod elegi. subiciens. Frange
esurienti panem tuum. et ege
nos uagosque induc in domum
tuam. Illud ergo approbat ieiu
nium deus. quod ad eius oculos ma
nus elemosinarum leuat. quod
cum proximi dilectione agitur.
quod ex pietate conditur. Hoc er
go quod tibi subtrahis alteri
largire. ut unde caro tua affligi
tur. inde egentis proximi caro
reparetur. Hinc [illegible] enim
per prophetam dominus dicit. Cum ieiu
naretis et plangeretis. numquid
ieiunium ieiunastis mihi.
et cum comedistis et bibistis. num
quid non uobis comedistis. et uo
bis metipsis bibistis. Sibi enim
comedit et bibit. qui alimen
ta corporis. que sunt commu
nia dona conditoris. sine indi
gentibus percipit. et sibi quisque
ieiunat. si ea que sibi ad tempus
subtrahit. non pauperibus tri
buit. set uentri post modum
offerenda custodit. Hinc per
iohel prophetam dicitur. Sanctificate
ieiunium. Ieiunium quippe